

ad manus vestras pro parte curie proventuram, excepta
quantitate per vos solvenda auctoritate mandatorum nostro-
rum, sub magnopendente sigillo vicariatus et parvo secreto
vobis propterea mittendum, ad cameram regiam penes
nos statutam, nulla inde penes vos quantitate retenta,
singulis videlicet tribus mensibus partem, per ydo-
neos et sufficientes vestros nuncios transmittatis, magistro
Adde de Busniaco, dilecto thesaurario consiliario et fami-
liari nostro pro parte curie assignandam; a quo de hiis
que sibi assignari feceritis, recipatis vel recipi faciatis
ad vestri cautelam ydoneas apodixas.

[13.] de locacione ^areos predictarum cabellarum et
subastacione eorum cum nominibus fideiusorum de-
torum cabellorum et apudatosorum ipsorum, quibus ca-
bellas easdem commiseritis, fieri volumus publica in-
strumenta ad cautelam vestri raciocinii tempore produ-
cenda; attentius providuri, quod fideiusores predicti
per vos vel subofficiales vestros propterea recipiendi sunt
sufficientes in bonis habitibus et non sunt filii familias
nec ratione aliquorum officiorum seu alia quavis causa
teneantur regie curie obligati, cum inde vobis totaliter
incumbamus.

[14.] et locatis cabellis ipsis, ipsarum locat^{ciones} cum
nominibus emptorum seu licitatorum et fideiusorum suo-
rum necnon quantitate pecunie, pro qua pro eodem anno
duodecime indictionis locata fuerint, et augmentis par-
ticularibus de re in dem factis in quatuor duobus con-
similibus cum credenciis et nominibus credenciorum in